

Confessio debet esse pura



53
(2)

Quoniam fundamentum et ianua virtutum
omnis quae est ac spiritualis consolatio prae-
cipuumque puritas ac cordis munditia
ad quae principaliter et precipue pura
veritas ac integra et perfecta confessio pro-
prie accedit. Nos qui vocati sumus ad
statum gratiae et ad acquirendas virtutes ac vitanda vitia de sus-
ficiendi confessione ac modo confitendi ut decet viros ad statum
perfectioris electos est summa diligentia et sollicitudine
continua peccatorum videamus et principaliter de mortalibus
praeter ceteris esse videndum. Confessio debet esse pura.

Confessio debet esse pura quae peccata
debet simpliciter dici absque duplicitate et excusa-
tione sicut homo credit ea manifesta esse coram deo nec de-
bet verba dici palliativa aut cooperativa vel minuenda
peccatum sicut faciunt multi magnas philaterias et hypo-
crisias longas dicentes antequam peccatum explicet ut sic per illas
ostendant semetipsos culpabiles de peccato: quod quidem peccatum in fi-
ne illorum peccatorum superfluum includit. Vitanda sunt igitur
superflua et excusatoria verba: sed pure dic peccata tua et
simpliciter te accusa. Similiter non debet dici quod cadat in infa-
miam alicuius aut quod possit prebere confessori occasio-
nem turbationis contra aliquem aut materiam contemnendi.
Unde si expediret noiare peccata alterius confitendo per
prima tunc taliter explicentur quod nullo modo confessor possit in-
telligere personam cum qua peccasti: nec possit venire
in noticiam publicis in peccato sicut si dedisti petro occa-
sionem peccandi cum peccavit non debes noiare sed
sufficit dicere fui causa committendi tale peccatum cuidam persone